translat cuilguic dta vegones e en la feta p moss ffranc benaiam a moss Jaume benarom

Ll. A

Nº 1679

1904

GOBIERNO DE ARAGON

n 827 · 2

Hoc est translatum bene et fideliter Barcinone sumptum a quodam publico instrumento in pergameneo scripto non viciato non cancellato nec in aliqua sui parte suspecto sed omni prorsus vicio et suspicione carenti cuius tenor sequitur et est talis. Noverint universi quod ego Franciscus Benajam notarius habitator Barcinone gratis et ex certa sciencia confiteor et recognosco vobis venerabili Jacobo Benejam sucrerio civi Barcinone fratri et germano meo quod illam emptionem quam ego feci a Romeo Gibert paratore pannorum lane cive Barcinone Joanna eius uxore Bernardino Gibert et Jacobo Gibert ipsorum conjugum filiis De toto illo manso vocato de Aliuariis cum terris honoribus et possessionibus cultis et heremis contiguis et separatis juribus et pertinentiis suis universis et cum vasis vinariis et cum vindemia et fructibus in vineis et terris ipsius mansi pendentibus que habebant et possidebant in parrochia Santi Genesii de Agudellis Et tenentur per heredes seu successores honorabilis Jacobi Genesii de Vallesicha civis Barcinone et sub dominio et alodio eius ad censum quadraginta trium solidorum et sex denariorum anno quolibet certis terminis solvendorum. Item et de quadam pecia terre erema olim vero vinea plantata cum vindemia in ea pendente et cum introitibus exitibus juribusque et pertinentiis suis universis quam habebant et possidebant in dicta parrochia in loco vocato Coma de Bosc. Et tenetur per Joannem Vall honesta eiusdem parrochie ad censum sex solidorum anno quolibet solvendorum in festo Santi Michaelis mensis septembris qui hec tenet per honorabilem Anthonium Guillermum de Muntanyans militem dominum domus de Sorta et sub dominio et alodio eiusdem. Item et de alia pecia terre partim vinea plantata et partim herema cum vindemia in ea pendente et cum introitibus exitibus juribus et pertinentiis suis universis quam habebant et possidebant in dicta parrochia in loco vocato les Marrades. Et tenetur per dictum honorabilem Antonium Guillermum de Montanyans et sub dominio et alodio eiusdem ad censum duodecim solidorum anno quolibet solvendorum in festo Santi Michaelis mensis septembris. Item de quodam troceo terre cum introitibus exitibus juribusque et pertinentiis suis universis quod est in dicta parrochia in loco vocato Canonet [illegible] per sexdecim presbiteratus altarium Santi Salvatoris et Santi Joannis constructorum in ecclesia Sedis Barcinone et sub dominio et alodio [illegible] ad censum novem solidorum anno quolibet solvendorum in festo Sancte Marie mensis augusti. Item et de quadam alia pecia terre campa [illegible] debant in dicta parrochia Santi Genesii prope ecclesiam Santi Joannis de Sorta. Et tenentur per rectorem ecclesie Santi Joannis de Sorta et sub dominio et alodio eiusdem ad censum viginti solidorum anno quolibet solvendorum in festo Sancte Marie mensis augusti. Item et de quadam peciola terre vinea plantata cum vindemia in ea pendente vocata la Vinya de la Quarta quam habebant et possidebant circum circa prescriptas pecias terre. Item et de toto illo censuali mortuo cum omnibus pensionibus debitis et debendis pensionis annue decem solidorum annuatim solvendorum vicesima octava die aprilis et precii septem librarum quod Bernardus Laurencii valensa eius uxor et Antonius Laurencii ipsorum filius et seu eorum heredes et successores sibi facere et prestare tenebantur anno quolibet dicto termino. De qua quidem emptione fuerunt facta et recepta diversa instrumenta per discretum Antonium Michaelis auctoritate regia notarium publicum Barcinone die vicesima octava mensis augusti proxime preteriti in quibus instrumentis ad que me reffero predicta et alia diffusius continentur feci pro vobis et ad opus vestrum ex et de peccuniis vestris propriis. Quia ita fui rogatus a vobis certis rationabilibus respectibus atque causis. Hec est veritas quod licet dicte emptionis instrumenta michi dirigantur et sub nomine meo sint concepta et [illegible] de vobis in eis nulla mencio habeatur. Et ideo recognoscendo vobis predicta fore vera et volendo vobis prout convenit agnoscere bonam fidem et a tramite veritatis nullo modo discedere Renuncians exceptioni rei ita non esse et in veritate non consistere et doli mali et infamie actioni et omni alii juri his obvianti Gratis et ex certa sciencia et ex causa predicta et alias eis videlicet via modo et forma quibus melius valere possit et tenere in quantum mea interest pro me et meis Do cedo et mando vobis dicto venerabili Jacobo Benejam fratri et germano meo predicto et vestris et quibus volueritis perpetuo Omnia jura omnesque actiones reales et personales mixtas utiles et directas ordinarias et extra ordinarias et alias quascumque michi vigore predicte emptionis de predicto manso terris honoribus et possessionibus vasis vinariis et aliis predictis superius specificatis et censuali predicto per me facte et vigore instrumentorum inde factorum competentia et competentes et que michi competere possunt et debent in eisdem manso terris honoribus et possessionibus suis predictis et censuali predicto. Et contra quascumque personas et res et in quibuscumque bonis et rebus ratione et occasione ipsorum Sic quod juribus et actionibus supradictis per me vobis cessis possitis vos et vestri et quos volueritis perpetuo uti et experiri agendo scilicet respondendo defendendo excipiendo proponendo et replicando. Et omnia alia faciendo in judicio et extra quemadmodum et quemadmodum ego facere poteram ante huiusmodi recognitionem et cessionem et possem nunc et etiam postea quandocumque. Ego enim ponendo vos et vestros in locum et jus meum facio et constituo vos et vestros et quos volueritis in his dominos et procuratores ut in rem vestram propriam ad faciendum inde vestre libitum voluntatis Dicens nichilominus intimans et mandans tenore presentis publici instrumenti dicto discreto Antonio Michaelis notario publico Barcinone et aliis notariis et personis ad quas spectet quatenus omnia et singula instrumenta [illegible] gerentis dicte emptionis et alia tam nova quam vetera et quascumque scripturas pro predictis facientia et facientes in posse eorum existentia et existentes vobis filio et in dicte emptionis et alia tam nova quam vetera et quascumque scripturas [illegible] inde vobis vel vestris fuerint requisiti Dicens nichilominus et mandans dictis Bernardo Laurencii [illegible] lense eius uxori Antonio Laurencii ipsorum filio et seu eorum heredibus et successoribus et aliis personis que ad prestationem dicti censualis pensionis annue decem solidorum quomodolibet teneantur quatenus de ipso censuali et eius pensionibus debitis et debendis vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo respondeant et satisfaciant pareant et obediant prout michi respondere satisfacere et obedire tenebantur vigore emptionis predicte. Insuper convenio et promitto vobis quod predictas recognitionem et cessionem et omnia et singula supradicta semper ratas gratas validas atque firmas rataque grata valida atque firma habebo tenebo et observabo et in aliquo non contra faciam vel veniam aliquo jure causa vel etiam ratione. Hec igitur omnia et singula supradicta que et prout dicta sunt supra facio paciscor convenio et bona fide promitto ego dictus Franciscus Benejam vobis dicto venerabili Jacobo Benajam fratri meo et vestris nec non et me eadem tamquam notario infrascripto ut publica persona pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quarum interest et intererit recipienti et paciscenti ac etiam legittime stipulanti. Actum est hoc Barcinone die septima mensis decembris Anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo. Signum mei Francisci Beneiam predicti Qui hec laudo et firmo. Testes huius rei sunt Geronymus Bastat sucrerius et Antonius Gujart brasserius habitatores Barcinone. Signum mei Francisci Benajam auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonum Qui hec scripsi et clausi cum suprapositis ultima linea ubi dicitur quadringentesimo.

Signum mei Joannis Alons apostolica Regiaque auctoritatibus notarii publici Barcinone testis.

Signum mei Michaelis Pauli Fonoll auctoritate Regia notarii publici Barcinone testis.

Signum mei Johannis Saurina auctoritate Regia notarii publici Barchinone Qui huius translatum a suo vero originali fideliter sumptum et cum eodem veridice comprobatum testificatum quod et subsignatum per duos comnotarios meos aliena manu scribi feci et clausi die vicesima secunda mensis Marcii Anno a nativitate domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo sexto. Cum suppositis in lineis xvii ubi legitur anima: xxxiii s. viii xxxxi filii.

GOBIERNO DE ARAGON